

Iente non sola hoc præstare potest NATURA, quæ causa fanatio-
nis est interna, sed ut MEDICUS, naturæ minister, simul ac-
cedat, necesse est, qui curationem per sanitatem, in mente
conceptam, ceu artificiosum opus perficit.

Materiæ τῶν θορηκῶν, auxiliorum, quibus finis hic impe-
tratur, sunt inanimatae instrumentales causæ, ὡργανα τῆς οἰκε-
ίας, instrumenta medicinae appellata. His prudenter à medicō
ad applicatis, si possibile est, deperdita hominum sanitas in pristi-
num reponi potest vigorem.

Apparatus earum ex tribus ordinariis desumuntur fonti-
bus: chirurgico, pharmaceutico & diætetico.

FONS CHIRURGICUS variis auxiliis succurrit febrici-
tantibus causatiis, dum ipsis inservit evacuando sanguinem.
& succum diversum vel sensibiliter, vel insensibiliter. SENSI-
BILITER sanguinem ex VENA SOLA evacuat Φλεβοτομία,
VENÆ SECTIO, Romanis olim infamis, & inter militares
ignominias relata, quæ maximè est necessaria & in causâ cura-
tione admiranda præstat auxilia, dum justo tempore admini-
strata à limine febrili astu profugatam revocat vitam.

INVENTIO consistit ἐν καταλήψει & ἀδειασμός ηγετεῖ τῷ φε-
λαγχῷ αὐτὰ τῇ αἰτευδεκνούμενῃ τῷ βλαστοῦ καταλήψει, in-
perceptione indicantis & juvantis, simul & prohibentis & nocentis.
INDICATUR ως πάντῳ φελαγχῷ, ut juvans, venæ sectio in ardente
ratione copiæ, cum plethoræ adest excessus, ut evacuatorium;
ratione motū, ebullitionis, fermentationis & segregationis,
ut revulsorium; à causis foventibus & modò curatorii vicem ge-
rit, dum refrigerium inducit sanguini astuanti, & caliditatem
partium sopit. Conducit similiter ut causa, sine qua non, cum
cacoehymia adest, quæ pravum Αλεχωρίστως motum respicit, ejus-
que minorationem indicat.

Signa permittentia & prohibentia comprehendit Hippocras-
tes 4. de rat. v. et. acut. t. 19. ἢ δὲ οἶχεα πάθεα, inquiens, Φλεβοτο-
μός, οὐ ιχυεργὸν θαυμάζειν γένομα, οὐδὲ οὐχ ξυρτις ἀκνεάζωσι τῇ
ηλικιᾳ οὐδὲ ράμη παρῇ αὐτοῖσιν. In acutis detrubes sanguinem, si ve-
hemens morbus videatur, floruerit q̄ agrestantis etas, & virium ad-
paruerit robur. Sin secūs se habeant, contra indicant & pro-
hibent.